

PA 305

.A4

Copy 1



DE  
**NOMINIBUS TO SUFFIXI OPE  
FORMATIS.**

**DISSERTATIO INAUGURALIS**

QUAM


**AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES**

AB AMPLISSIMO

ORDINE PHILOSOPHORUM LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT



**GODOFREDUS FRIDERICUS ALY**

SAXO - BORUSSUS.

BEROLINI

TYPIS EXPRESSIT GUSTAVUS SCHADE (OTTO FRANCKE).

MDCCCLXXIII.

PA305  
.A4

# CONSPECTUS RERUM TRACTATARUM.

---

Praemittenda. § 1.	pag. 1
--------------------	-----------

## **CAPUT I.**

*De primitivis disputatur. §§ 2—6.*

A. <i>io-s</i> . . . . .	2
B. <i>ðio-s</i> . . . . .	4
C. <i>eo-s</i> . . . . .	5
D. suffixum obscuratum est . . . . .	5
E. <i>əio-s</i> . . . . .	6

## **CAPUT II.**

*De derivatis agitur. §§ 7—38.*

A. <i>io-s</i> merum affigitur. §§ 7—22 . . . . .	7
a) ad themata in consonas . . . . .	7
1. nulla mutatione . . . . .	7
2. eliditur aliquid . . . . .	10
b) ad themata in vocales . . . . .	11
1. ad <i>α</i> . . . . .	11
α. <i>α</i> eliditur . . . . .	11
β. <i>αιο-s</i> . . . . .	12
αα. <i>αιο-s</i> ad them. in <i>o</i> . . . . .	14
ββ. <i>αιο-s</i> ad alias stirpes . . . . .	15
γγ. <i>ιαιο-s</i> . . . . .	15
δδ. <i>ιμαιο-s</i> . . . . .	18
2. ad <i>o</i> . . . . .	18
α. <i>o</i> eliditur . . . . .	18
β. <i>αιο-s</i> . . . . .	22
3. ad <i>i</i> . . . . .	22
4. ad <i>v</i> . . . . .	23
5. ad <i>w</i> . . . . .	24

	pag.
<i>B. ιο-</i> ς cum aliis aut suffixis aut elementis conjunctum. §§ 23—29 . . . . .	25
1. διο-	25
a) α-διο-ς . . . . .	28
b) ι-διο-ς . . . . .	28
2. λιο-	28
3. σιο-	29
4. τηρ-ιο-	31
5. σμιο-	32
<i>C. ειο-</i> ς, <i>εο-</i> ς, <i>ηιο-</i> ς. §§ 30—38 . . . . .	33
1. ειο-	33
a) ad themata in ο . . . . .	33
b) ad alias stirpes . . . . .	33
2. εο-	36
a) ad themata in ο . . . . .	36
b) ad alias stirpes . . . . .	36
c) cum aliis aut suffixis aut elementis conjunctum . . . . .	37
α. α-λεο-	37
β. δεο-	40
γ. νεο-	40
δ. reliqua . . . . .	40
3. ηιο-	41

---

## PRAEMITTENDA.

---

### § 1.

Videtur mihi primum, quibus terminis disputationem meam circumscribendam putaverim, exponendum. Et hoc quidem mihi proposueram, ut quae usquam nomina *io* suffixo formata interpretandi praebent difficultatem colligerem eaque fundamentis, quae doctissimi jecerunt viri, firmissimis nisus illustrare auderem. Quae vero de suffixorum vi ac significatione exstant quaestiones, eas tractare plane supersedi; satis erit ad sonos et formas, quaecunque in hanc quaestionem cediderint, explicanda paululum attulisse. At non omnia quae *io* suffixo formantur nomina sum complexus eaque haud pauca omisi: et nomina dico, quae neutrum profitentur genus, de quibus maximam partem Schwabius in libro, quem de deminutivis scripsit, optime disseruit, et quae feminino generi addicta in *-ia*. *-η*. *-εα*. *-εη* terminantur. Nec vero patronymica, gentilicia reliqua nomina quae vocamus propria attigi; quodsi fecisset, verebar, ne justos fines egressura fuisse commentatio.

Restat igitur, ut nomina in *-io-ς*, *-αιο-ς*, *-ειο-ς*, *-εο-ς οὐτέ* exeuntia interpretari conemur, quod quidem fieri non potuit, nisi in diligentia niteremur ingeniique acumine virorum doctissimorum. Ac primum quidem laudandi sunt, qui universe de nominum formatione disputaverunt: Boppius (Vergl. Grammat. § III et Sanskr. Gr. 4) et Schleicher (Compend. §); deinde qui Graecae solius linguae eandem grammaticae partem tractaverunt: in primis Lobeckius (in prolegomenis et elementis pathologiae idemque in paralipomenis grammaticae Graecae et in notis, quas ad Phrynicum atque ad

Ajacem adjunxit); deinde Papius (Etymolog. Wörterb.) ac Leo Meyer (Vergl. Grammat. d. Griech. u. Lat. II); Regnierus vero in libro, qui inscriptus est Traité de la formation des mots dans la langue grecque squ., ex nostratum operibus per pauca delibavit. Nec vero minimum ad consilium meum exsequendum profecerunt G. Curtius (Grundz. d. griech. Etym. 3<sup>1</sup>), Pottius (Etymolog. Forsch. 1 et 2), Ahrensius (de dialectis I. Aeol. II. Dor.), Corssenus (Aussprache squ. 2), Budenzius (Suff.  $\piος$ ), Buehler (Secundaersuff.  $\tauης$ ), Brugmanus (de productione Graec. ling. suppletoria in Curtii Stud. IV), ut quae ex Kuhnii diariis hauserim permulta taceam. Quibus viris doctissimis quantum debeam, ostendet commentatio, maxime vero G. Curtio, cuius viam ac rationem exprimere summo opere studui.

Sed haec hactenus; jam ad quaestionem nobis propositam videntur transeundum eamque ita instituamus, ut primum quae a radicibus *io* suffixi ope ducuntur nomina, tum quae eodem suffixo a nominibus derivantur, perlustremus.

## Caput I.

### DE NOMINIBUS QUAE VOCANTUR PRIMITIVIS *IO* SUFFIXO FACTIS DISPUTATUR.

*A. io-s suffixum merum radicibus adjungitur.*

#### § 2.

$\alpha\gamma\text{-}io\text{-}\varsigma$  (rad.  $\alpha\gamma$ , video Curtium Gr. p. 162),  $\alpha\lambda\text{-}io\text{-}\varsigma$  Hom. (quod ad rad.  $\alpha\lambda$ , unde  $\alpha\lambda\text{-}\alpha\mu\alpha\iota$ , referre ausim, Curtius p. 509),  $\alpha\nu\text{-}io\text{-}\varsigma$  Aesch. (quod Fickius a rad. am repetit eoque  $\alpha\nu\text{-}\iota\alpha$  et amivâ Sanscr. comparat, de quo cf. Curtium p. 499),  $\alpha\omega\text{-}io\text{-}\varsigma$  Hom. (rad.  $\alpha\omega$  seu  $\alpha\lambda\omega$ , Curtius p. 128),  $\varepsilon\pi\text{-}$ ,  $\pi\alpha\nu\text{-}\varepsilon\pi\text{-}$ ,  $\beta\alpha\lambda\text{-}io\text{-}\varsigma$  (rad.  $\beta\alpha\lambda$ )<sup>2</sup>),  $\beta\acute{\epsilon}\text{-}\beta\alpha\text{-}io\text{-}\varsigma$  (rad.  $\beta\alpha$ , Curtius p. 431),  $\dot{\alpha}\text{-}$ ,  $\beta\alpha\nu\text{-}\gamma\acute{\epsilon}\text{-}io\text{-}\varsigma$

<sup>1)</sup> In litteris linguarum Indogermanicarum describendis Curtii rationem (Grdzge p. 122 sequ.) sum secutus.

<sup>2)</sup> Maculosus idem mihi videtur valere, quod maculis conspersus. Apud Homerum *Baλ-ιο-ς* unus ex Achilli equis nominatur.

Hom. (quod ad rad. *γαν*, *γαF*, unde *γα-i-ω*, pertinet, de quo Brugmanus in Stud. IV p. 146), *δάF-ιο-ς* Alem., *δά-ιο-ς* Dor., *δή-ιο-ς* H. (rad. *δάF*, Curtius p. 217, Brugmanus p. 131), *ἰ-ιο-ς* H. (quod ad rad. *ja*, unde *i-η-μι*, refero)<sup>1)</sup>, *i-* Aesch. (vel potius *i-ή-ιο-ς*, quocum conferas *βέ-βα-ιο-ς*), *θεῖο-ς* (rad. *θα*, unde *θῆ-σθαι*, Curtius p. 237. 239), *λεῖο-ς* H. (ex *λεF-ιο-ς*, *λεν-ι-s*; aliter Meyer II p. 245), *μόδ-ιο-ς* (rad. *μεδ*, unde *μέδ-ι-μνο-ς*, sed cf. *mod-ιu-s*, Curtius p. 228), *πάγ-ιο-ς* (quod ad *παγ*, *πήγνυμι* referunt Boppius Vgl. Gr. III p. 343 et Meyer II p. 401), *πλάγ-ιο-ς* (quod haud dubie ad rad. *πλαγ*, *πλάζω* spectat), *πλεῖο-ς* H. (a rad. *πλα*, *πίμ-πλη-μι*, de quo Brugmanus l. l. p. 165), *ἔμ-* H., *ἐνί-* H., *εῦ-* H., *πλέο-* H. (ex *πλεῖο-ς* attenuatum), *ἐμ-*, *πελ-ιό-ς* et *πολ-ιό-ς* H. (quocum Curtius p. 254 pal-i-ta-s Sanscr. confert), *ἐπι-*, *μεσαι-* H., *μεσο-* *πόλ-ιο-ς*, *σκαιό-ς* H. (quod Curtius p. 157 cum savja-s Sanscr. comparat, aliter Meyer II p. 245), *στίγ-ιο-ς* (a rad. *στιγ*, *στιγ-έω* dicit Boppius l. l. p. 343), *σφάγ-ιο-ς* (ad rad. *σφαγ*, *σφάζω* refero, itemque Meyer II p. 401), *v-ιό-ς* H. (rad. su, Curtius p. 603), *φαλ-ιό-ς* (rad. *φαλ* ex *φα* rad. determinativi alicujus quod dicimus suffixi ope orta, de quo Curtius p. 279), *φρύγ-ιο-ς* Hes. (ad *φρύγ-ω* spectare videtur).

Quo accedunt nomina nonnulla, quae ad certam quidem radicem adhuc referri non potuerunt, quae tamen et ipsa hoc pertinere crediderim:

*βα-ιό-ς* Aesch., *ἡ-* H., *ἔρωδ-ιό-ς* H. (quocum Curtius p. 323 in lingua Latina ard-ea comparat), *ἥπ-ιο-ς* H., *ν-ἥπ-ιο-ς* H. (vid. Curtium p. 430, ubi *νή-πι-ο-ς* et *νη-πύ-ιο-ς* describit), *μά-ιο-ς* Aeoles (pro *μάχος* dictum censet Ahrensius Aeol. p. 107 comparatque in Sanscrita lingua mājā, in Latina magia), *σκολ-ιό-ς* H., *χά-ιο-ς* Lacones, Aristoph. Lys. 90. 1157 ed. Bekk. (de quo cf. Ahrensius Dor. p. 76, qui ex *χέσιος* [*χέσιος ἀγαθός* Hes.] *χέιος* dicit, et Lobeckium ad Phryn. p. 404).

Quae nomina sive reliquiae sive vestigia tantum aestimanda videntur formationis, quae in Sanscrita quidem lingua laetissime

<sup>1)</sup> Sic Aristarchus quoque, qui sagittarium intelligendum esse censuit, quare fortasse *ἴ-ιο-ς* scribendum est. *i-ή-ιο-ς* certe apud Hesychium legitur de quo vid. Papium Lex. s. v.

floruit: formantur enim ja suffixi ope — cui *το* Graecum respondet quam maxime — apud Indos et gerundia et participia necessitatis et nomina quae vocamus appellativa, quorum similitudines in omnibus linguis exstant consanguineis; in primis participium illud necessitatis saepe servatum est. Quo pertinent complura quae supra attuli linguae Graecae nomina, ut *ἄγ-το-ς*, quocum in Sanscrita lingua *jaǵ-ja-s*, etiam vim si spectamus, optime convenit: valet enim idem quod venerandus, sacer. At saepius tamen apud Indos tantum vetus ista participii significatio retenta est, apud ceteros nil nisi forma. Placet igitur, ut ex linguis quas appellamus Indogermanicis hujus formationis afferantur exempla:

ex Sanscrita *jōg-ja-s* (jungendus, a rad. *juǵ*), *guh-ja-s* (occulendus, rad. *guh*), *pak-ja-s* (coquendus, rad. *pak'*), *vâk-ja-m* (oratio, a rad. *vak'*), *vid-jâ* (scientia, rad. *vid*) aliaque multa; ex Bactrorum lingua, quam Zend vocamus, *mair-ya-*(mortifer, a rad. *mar*), *vairy-a-* (optabilis, rad. *var*); ex lingua Latina *ex-im-iu-s* (quod Boppius V. G. III p. 341 eximendus significare censem), *gen-iu-s*, *pluv-iu-s*; ex Gotorum *anda-nêm-ja-*, nom. *andanêms* (accipiendus, a rad. *nam*), *bruk-ja-*, nom. *bruks* (utilis, rad. *bruk*), *un-kvêth-ja-*, nom. *unkvêths* (infandus, a rad. *kvath*); ex Lituanorum sermone *žod-ja-*, nom. *žod-i-s* (verbum, a rad. *žad*), *vé-ja-s* (ventus, rad. *va*), *kel-ja-*, nom. *kel-i-s* (via, rad. *kel*); ex lingua Palaeo-Slovenica *lǔži* ex *lüğ-jü* (mentitor, a rad. *lüğ*), *zor-ja* (splendor, rad. *zar*); ex Keltarum denique lingua guide (precatio, e litera ex *ja* orta), alia permulta, quae vid. apud Boppium V. G. III p. 341 squ. Skt. Grammat. p. 367 et Schleicherum Comp. p. 375 squ.

### B. *διο-ς* radicibus affigitur.

#### § 3.

*ἀπο-σπά-διο-ς* (a rad. *σπα*), *στά-διο-ς* Hom. (rad. *στα*), *αὐτο-στα-δίη* H. (sc. *μάχη*), *στά-διο-ς* (plerumque *στά-διο-ν<sup>1</sup>*), stadium, a rad. *στα*), *δι-*, *έν-*, *καλλι-*, *πεντα-* *κτέ.*, \* *παν-σύ-διο-ς* *παν-συ-δίη* H. (rad. *σν*, de quo Curtius p. 578), *σχέ-διο-ς* (rad. *σεχ*),

<sup>1)</sup> Dorienses *σπά-διο-ν* (Ahrensius Dor. p. 109) dicebant, quod Curtius p. 255. 649 recte ad rad. *σπα* refert.

*αντιο-σχε-διη* H. (sc. μάχη), *ἐκ-ιά-διο-ς* H. (rad. *ια*, de quo cf. Curtium p. 204), *ἀμ-γά-διο-ς* H. (rad. *γα*, Curtius p. 278), *προ-φθά-διο-ς* Nonn. (ad *φθά-νω* spectat, de quo vid. Curtium p. 574), *φθί-διο-ς* (ad *φθί-νω* refero).

Haec adjectiva hic rettulerunt Boppius l. l. p. 343 atque in primis Curtius de nominum formatione p. 7. 61 et Grundz. p. 577 sequ., qui rectissime δ litteram ex j spirantis vi ac natura dicit, ante quam saepius parasitica quadam ratione δ procreetur. Errat sane Benfeyus Wurzel-Lex. I p. 54 et qui eum secutus est Leo Meyer II p. 385, qui ad tja Sanscritum suffixum confugerunt, qua de re infra disputabitur, si nomina in α-διο-ς et ι-διο-ς terminata perlustrabimus (§§ 23. 24).

### C. *εο-ς* ad radices annexitur.

#### § 4.

*ελ-εο-ς* H. (misericordia), *ελ-εό-ς* H. (mensa), *ἡλ-εό-ς* H. (ad rad. ἡλ recte refert Curtius p. 509), *θελ-εο-ς* Aesch. (cf. *θελ-ω*), *ἀ-, κεν-εό-ς* H. (quocum cūnja-s Sanscritum adj. comparat Curtius p. 140), *κολ-εό-ς* et *κονλ-εό-ς* H. (saepe neutrum profitetur genus), *μέλ-εο-ς* H. (μάταιος Aristarchus, de quo vid. Curtium p. 307), *στερ-εό-ς* H. (Curtius p. 201).

*εο-ς* terminatio ex ja suffixo est orta, de quorum elementorum condicione optime disputavit Curtius p. 554 sequ. Cur Meyer II p. 401 aja aliquod suffixum inter ja et *εο* statuendum esse censeat, non intelligo. Hoc suffixum, de quo disputatur, plane diversum esse ab illo secundario, de quo postea erit disputatio (§ 33 sequ.), liquet, quoniam in his quae attulimus vocibus *εο-ς* continuo ex ja est ortum, illud secundarium ex *ειο-ς*.

### D. Suffixum obscuratum est.

#### § 5.

*ἄλλο-ς* Aeol. (pro *ἡλ-εό-ς*, Ahrensius Aeol. p. 57), *βυσσό-ς* H. (ex *βυθjo-ς*, Curtius p. 432), *ἄ-, δισσό-ς* seu *διττό-ς*, *διξό-ς* Ion. (ex *δFl-ijo-ς* dicit Curtius p. 224, ex *διχ-jo-ς* Joh. Schmidius in K. Z. XVI p. 437, cui propter Jadis dialecti formam assentior), *κάλό-ς* H. (quocum Curtius p. 134 kal-ja-s Sanscr., *καλλά* Dor.,

*Καλλίμαχος* comparat; vid. etiam Ahrensiū Dor. p. 102 et Brugmanū l. l. p. 120), *ζέννο-*ς Aeol., *ζεινό-*ς Hom. Ion., *ζενό-*ς Att. (ex *ζεν-jo-*ς; vid. in § 4 *ζεν-εό-*ς), *λισσό-*ς H. (ex *λιτ-jo-*ς, Curtius p. 343), *μέσσο-*ς H. et *μέσο-*ς H. (ex *μεθ-jo-*ς, quocum madh-ja-s consentit, Curtius p. 310), *πεξό-*ς H. (ex *πεθ-ιο-*ς, Curtius p. 565), *πελλό-*ς seu *πελό-*ς (fortasse ex *πελ-jo-*ς, sed Curtius p. 254 *πελ-*λό-*ς* describit), *χοιζό-*ς H. et *χοιβδο-*ς (illud Curtius p. 594 ex *χοι-*jo-*ς*, hoc ex *χοιF-jo-*ς repetit), *στέννο-*ς Aeol., *στεινό-*ς Ion., *στενό-*ς Att. (ex *στεν-jo-*ς, Curtius p. 201), *στέρδο-*ς Aeol. (ex *στερ-jo-*ς, Curtius p. 210), *τρισσό-*ς seu *τριττός-*, *τριξό-*ς Ion. (vid. quae de *δισσό-*ς κιλ. supra exposui), *χορρό-*ς H. (ex *χορσ-ιο-*ς repetit Curtius p. 191 et in Sanscrita ghṛṣh-vi-s a rad. ghars comparat), *χρυσό-*ς H. (ex *χρυτ-jo-*ς ortum esse ratus Curtius p. 193 hir-ana-m, hiranja-m a rad. ghar in Sanscrita confert).

Difficiliora sunt explicatu, sed quae hue pertinere videntur:  
*μαζό-*ς H., *ϊζο-*ς H., *πεντα-*, *πεσσό-*ς H.

Hujus vero classis quae sunt propria, ex assimilationis quam vocamus legibus sunt repetenda, qua de re vid. Curtium p. 615. 617. 621; satis erit de dialectis pauca monuisse. Aeoles enim (Ahrensiū l. l. p. 49 squ.) consonarum geminationem, quae ex assimilationis lege consequitur, semper retinuerunt; reliqui autem Graeci altera consonarum omissa syllabam produxere antecedentem, qua de re optime disseruit Brugmanus in Stud. IV inde ab p. 59; Attici denique productionem istam neglexerunt.

#### E. *σιο-*ς radicibus adjungitur.

##### § 6.

*ἄξιο-*ς H. (a rad. *ἀγ*, de quo conferas Curtium p. 162 et Pottium Et. F. II 2 p. 335), *ἀντ-*, *ἀπτ-* H., *ἐπτ-*, *κατ-*, *ἄρ-σιο-*ς Hes. (aptus, quod ad rad. *ἀρ*, unde *ἀρ-αρ-ι-σκω*, refero), *ἀν-* H. Soph. (non aptus, hostilis), *μετ-άρ-σιο-*ς Soph. (sublimis, fortasse ad *αἴρω* pertinet), *δεξιό-*ς H. (rad. *δεξ*, Curtius p. 129. 221), *ἀμφι-*, *δια-*, *ἐν-* H., *ἐπι-* H., *περι-* H., *ὑπερ-*, *ὑπο-*, *καρ-σιο-*ς Hes. (*πλάγιος*, quod ad *κάρ* spectare videtur), *ἐγ-* Thuk. (transversus, obliquus), *ἐπι-* H. (pronus, quocum cf. Iliadis ΙΙ v. 392 *ἐπὶ κάρ*; ceterum vid. Duentzerum in K. Z. XIII p. 8 squ.).

*δια-πρό-σιο-ς* H. (ad rad. *περ*, unde *περ-ά-ω*, recte refert Curtius p. 563. 668<sup>1)</sup>).

Haec primitiva *σιο* suffixo facta me primum invenisse opinor, nisi forte jam Curtius illud spectavit, quem diceret p. 592: *ἄξιος*, *ὑπόψιος*, *γνήσιος*, anxius adjectiva multo facilius („viel eher“) Sanscritis adjectivis necessitatis in tja respondere, quam adjectiva in *σιο-ς*. Qua brevi annotatione nisus primitiva ista Graeca in *σιο-ς* cum Sanscritis adjectivis in tja comparare ausim, ut i-tja-s (eundus), kr-tja-s (faciens), bhṛ-tja-s (ferendus), çru-tja-s (audientus), de quibus vid. Boppium Skr. Gr. p. 368. 373 et L. Meyerum II p. 385. Tja suffixum Sanscritum ex linguae Graecae legibus in *σιο* transiit; ceterum vim significandi ut spectemus, apparet eandem prorsus rationem inter nomina illa in *ιο-ς*, de quibus supra (§ 2) dixi, et haec in *σιο-ς* intercedere. Reliquiae tantum sunt formationis, quae apud Indos longe propagata est, eaque veterem necessitatis significationem omnino omiserunt. Accedit, quod nomina ista in *σιο-ς* vix alio modo possunt explicari.

## Caput II.

### DE NOMINIBUS QUAE VOCAMUS DERIVATIS *ΙΟ* SUFFIXO FACTIS AGITUR.

#### A. *ιο* suffixum merum affigitur.

a) ad themata in consonas exeuntia

1. nulla alia mutatione, nisi quae ex elementorum pathologia-  
ut Lobeckiano verbo utar — consequitur.

#### § 7.

*ἀγών-ιο-ς*, *ἐν-*, *ἐξ-*, *ἐπ-*, *ἀηδόν-ιο-ς*, *αι-γνπ-ιο-ς* H., *αιδοιο-ς* H. (*αιδοσ-*), *αιθέρ-ιο-ς*, *αιών-ιο-ς*, *ἄλ-ιο-ς* H., *ἐν-*, *εἰν-* H. *ἐφ-*, *παρ-*, *ἀνακτόρ-ιο-ς* H., *ἀνθράκ-ιο-ς*, *ἄξον-ιο-ς*, *ἐπ-*, *ὑπ-*, *ἀπατηρός*

<sup>1)</sup> An vero eodem pertinent δ-ιψιο-ς Soph. (*βεβλαμμένος*, apud schol. Apoll. Rhod. IV, 14) et πολν-δ-ιψιος Hom. (*βλαβερός* Strabo VIII p. 371), quae ad rad. *ἴπ-*, *ἵπ-ομαι* spectare suspicatur Curtius p. 604?

*ιο-*ς Ανεεδ., ἄρειο-ς (*Αρεσ-*)<sup>1)</sup>, ἀρμάτ-ιο-ς, ὑπ-ασπίδ-ιο-ς Η., αστεῖο-ς (*ἀστεF-*), προ- ὑπερ-, ἀστέρ-ιο-ς, αὐγέν-ιο-ς Η., δι-, ἐν-, ἐπ-, παρ-, ὑπ-, ἀφενεῖο-ς Η. (*ἀφενεσ-*)<sup>2)</sup>, βασίλειο-ς (*βασιλεF-*), ἀλ- φεσί-βοιο-ς Η. (*βοF-*), δεκά-, δωδεκά-, ἑκατόμ- Η., τεσσαρά- Η. κτέ., βοσκάδ-ιο-ς Nic., περι-βραχιόν-ιο-ς, βρούχ-ιο-ς, περι-, ὑπο-, ὅμο-γάστρ-ιο-ς (*γαστερ-*), γερούσιο-ς (*γεροντ-*), δαιμόν-ιο-ς Η., κατα- δάνειο-ς (*δανεσ-*), ἔθελονσιο-ς (*ἔθελοντ-*), ἔξ-εικάδ-ιο-ι Hes., ἔκού- σιο-ς (*ἔκοντ-*), ἀ-, unde ἀκούσιο-ς, ἐλειο-ς (*ἐλεσ-*), ἐπιούσιο-ς (*ἐπιοντ-*)<sup>3)</sup> Nov. Test., ἐπιβλεψαὶδ-ιο-ς Synes., ἐρκεῖο-ς s. ἐρκειο-ς Η. (*ἐρκεσ-*), ἔτειο-ς (*ἔτεσ-*), ἐπ-, προ-, μακρ-, εὐτείχεο-ς (*εὐτείχεσ-*)<sup>4)</sup>, ἡγεμόν-ιο-ς, ἡθάδ-ιο-ς Opp., ἡθεῖο-ς Η. (*ἡθεσ-*), ὁμ-, ὅμ-γλιξ-ιο-ς ἥμάτ-ιο-ς Η., παν-, ἥιόν-ιο-ς seu ἥόν-ιο-ς, ἥοιο-ς Η. (*ἥFοσ-*, atque inde ex productionis suppletoriae lege<sup>5)</sup> ἥῶο-ς, προσ-, ὑπ-, ἥῶιο-ς Ap. Rhod.; metathesi autem quam dicimus quantitativa ex ἥοιος apud Atticos ἥῶο-ς exsistit), θαυμάσιο-ς (*θαυματ-*), θεμίστ-ιο-ς, ἀ-Η., θέρειο-ς (*θερεσ-*), κακο-, κήδειο-ς Η. (*κηδεσ-*), unde κήδεο-ς Η., ἐπι-, ἀ-κήρ-ιο-ς Η. (a κῆρ, cor), ἀ-κήρ-ιο-ς Η. (a κῆρ, mors), ἐπι-, κήτειο-ς (*κητεσ-*), περι-κιόν-ιο-ς, κνεφαῖο-ς (*κνεφασ-*), ἀκρο-, συγ-κοιτάδ-ιο-ς Hes., κτήν-ειο-ς (*κτηνεσ-*), κνήτικ-ιο-ς, κυπρίδ-ιο-ς, Anth., λειμών-ιο-ς, λεόντ-ιο-ς, ληίδ-ιο-ς, λιμέν-ιο-ς, ἐλ-, μακάρ-ιο-ς, τρισ-, ἐπι- μήν-ιο-ς, νον-, ὅμο-μήτρ-ιο-ς, (*μητερ-*), μνημόν-ιο-ς, νάϊο-ς Dor., νήιο-ς Η. (a ναF-, nom. ναῦς), ἐπι-, νεοτίγμιο-ς (*νεοτητ-*), νίκτ-ιο-ς, μεσο-, δημάκ-ιο-ς, δηνίδειο-ς Η. (*δηνειδεσ-*), ὅρειο-ς (*ὅρεσ-*) Callim., οὔρειο-ς Ion., δονίθ-ιο-ς, παρ-ονάτ-ιο-ς, ὑπ-, οὐθάτ-ιο-ς, παιών-ιο-ς, πάτρ-ιο-ς (*πατερ-*), ὅμο-, πελάγειο-ς Aristot. (*πελαγεσ-*), πελώρ-ιο-ς Η., πνευμάτ-ιο-ς, ἐμπόδ-ιο-ς, ἐπι-, ποιμέν-ιο-ς, προίν-ιο-ς, ὑπο-πνημέν-ιο-ς, σκύτειο-ς (*σκυτεσ-*), σταφίδ-ιο-ς Hipp., στημόν-ιο-ς, τέγειο-ς (*τεγεσ-*), unde τέγεο-ς Η., τέλειο-ς Η. (*τελεσ-*), unde τέλεο-ς, ἀ-, ἀπο-, ἥμι-, προ- κτέ., τερμόν-ιο-ς, τροπίδ-ιο-ς, παρ-νδάτ-ιο-ς,

1) De ἀρήιο-ς similibusque vocabulis in γιο-ς, quae a nominibus in consonas terminatis descendunt, postea (§ 37 squ.) disputabitur.

2) Conferas γαστερ-, ὅμο-γάστρ-ιο-ς, μητερ-, ὅμο-μήτρ-ιο-ς.

3) De quo L. Meyer K. Z. VII p. 401 squ.

4) De ἐν-τείχεο-ς, τίγεο-ς, τέλεο-ς similibusque vocabulis cf. § 33.

5) De quo vid. Brugmanum l. l. p. 170 squ. ἥῶος enim ex \*ἥFοιος eodem modo, quo γάρ ος ex \*ϙάFος, βεβαώτ- ex \*βεβαFότ-, videtur ducendum.

φιλοτήσιος Η. (φιλοτητ-), φουνίκ-ιο-ς, φραιόρ-ιο-ς, φώρ-ιο-ς, χαρί-  
σιο-ς Call. (χαριτ-), χειμάδ-ιο-ς, χείρ-ιο-ς, ὑπο- Η., χελιδόν-ιο-ς,  
χερμάδ-ιο-ς, χήν-ιο-ς, χθόν-ιο-ς, ἐγ-, ἐπι- Η., κατα- Η., μεια-, ὑπο-,  
χύόν-ιο-ς, ἐν-ώπι-ιο-ς, ἔξ-, ἔξ-ωμίδ-ιο-ς, ἐπ-.

### § 8

Omnia haec nomina ad primitiva certissime possunt referri, quod non idem cadit in alia nonnulla, quae tamen in istorum numero videntur habenda:

ἀλίγη-ιο-ς Η., ἐν- Η., ἀρμόν-ιο-ς (\* ἀρμον-), ἐν-, παν-, πολυ-,  
γεραιό-ς Η. (quocum γάρα-s Sanser. confert Curtius p. 167), δῖο-ς  
Η. (ex δῖοF-ιο-ς, de quo cf. Curtium p. 222, Meyerum II p. 441),  
ἐν- Η., εὐ-, ὑπ-εν- (aliter Brugmanus l. l. p. 170), ἐπιτήδειος  
(fortasse ab ἐπιτηδές adverbio), ἀν-, atque inde ἐπιτήδεο-ς<sup>1)</sup> (Curtius p. 205), ἐν-έρειο-ς (ab \* ἐρεσ-, Lobeckius parall. p. 247), θα-  
μειό-ς Η. (a \* θαμεσ-, unde θαμέες), ἀ-κάρδ-ιο-ς (cf. hrd- Sanser.,  
cord- Lat., hairt- Got.), ἐγ-, δια-, εὐ-, θρασν- Η., θρεο-, κατα-,  
ταλα-, χαλκεο-, λεπαῖο-ς (ex \* λεπασ-, exstat solum λεπατ-),  
νύχ-ιο-ς (insolentius ex \* νύξ-ιο-ς, νίκτ-ιο-ς formatum, de quo  
Curtius p. 662), ἐν- Η., παν- Η., δινεῖο-ς- (ab εἱνες- fortasse),  
ἀ-πειρέσιο-ς Η. et ἀ-περσίο-ς Η. (quae L. Meyer II p. 442 ad  
πειρατ-, Curtius p. 256. 597 ad πέρας referunt, Brugmanus p. 118  
ex ἀπερ(F)εντιος illud, hoc ex ἀπερFe(ν)τιος, Duentzer in Fleckeiseni  
Ann. vol. 95 p. 356 ex transmutatione quantitatis repetunt), πνγού-  
σιο-ς (\* πνγοντ-), ταρφεύός Η. (a \* ταρφεσ-, unde ταρφέες, quocum  
conferas θαμειό-ς).

Iam de universa hujus classis formatione pauca sunt exponenda. Et lex quidem ea est, ut *io* suffixum ad stirpes in consonas exeentes nulla mutatione adjungatur; quae si in spirantem aliquam vel in *τ* explosivam litteram terminantur, spirantes ex notissima illa Graecae linguae lege exploduntur, *τ* vero a plerisque Graecis in *σ* spirantem mutatur i vocalis finitimae opera ac vi. Accedit, quod

<sup>1)</sup> ἐπιτήδηος Byzantii Tiberii temporibus (Ahrensius Dor. p. 164) ex \* ἐπιταδήος duco; conferas Αἴνηος Dor. ex Αἴκειο-ς, πέληη ex πέλεια et similia, qua de re postea (§ 38).

in vocibus nonnullis in *o* syncope quae dicitur existit; videas *όμο-πάτρ-ιο-ς* ex *πατερ-* κτλ.

Restat, ut quae in linguis respondent consanguineis nomina afferam: in Sanscrita div-ja-s (div-, coelum), çun-ja-s (çun-, canis), pitṛ-ja-s (quod eodem modo, quo *πάτρ-ιο-ς* ex *πατερ-*, ex pitar- est debilitatum), hṛd-ja-s (hṛd-, cor), jaças-ja-s (jaças-, gloria); ex Vedis autem, antiquissimis illis Indogermanorum monumentis, voces nobis sunt traditae, in quibus non minus quam in Graecis j semi-vocalis in i vocalem transiit, de quo vid. Benfeyum Vollst. Sanscr. Gr. p. 52 et Sâma-Vêda p. LIII. squ., L. Meyerum II p. 440: namas-ia-s (venerandus, a namas-), jug-ia-s (aptus, a jug-) aliaque; in lingua Zendica viç-ja- (a viç, vicus); in Latina patr-iu-s (quocum conferas pitṛ-ja-s et *πάτρ-ιο-ς*), e-greg-iu-s, reg-iu-s, lenon-iu-s, praetor-iu-s, alia quae vid. apud Schleicherum p. 379 squ. In ceteris linguis ja suffixum ad stirpes in consonas non affigitur.

## 2. Thematis aliqua pars ante *io* suffixum eliditur.

### § 9.

*ὑπο-βένθ’-ιο-ς* (*βενθεσ-*), *όμο-γέν’-ιο-ς* Dion. (*γενεσ-*), seu *όμο-γνιο-ς* Aristoph., *εὐγέν’-ιο-ς* Hes., *δοιό’-ιο-ς* (*δονρατ-*), *όμο-έθν’-ιο-ς* Phot. (*εθνεσ-*), *θάλπ’-ιο-ς* (*θαλπεσ-*), *ἐπι-κήδ’-ιο-ς* Aeli. (*κηδεσ-*), *ἐπι-κράν’-ιο-ς* (*κρανεσ-*), *μετα-κύμ’-ιο-ς* Eur. (*κυματ-*), *κύρ’-ιο-ς* Aesch. (*κυρεσ-*)<sup>1)</sup>, *ὑπερ-νέφ’-ιο-ς* schol. Il. (*νεφεσ-*), *πελάγ’-ιο-ς* Soph. (*πελαγεσ-*), *πλήσμ’-ιο-ς* Plut. (*πλησματ-*), *ἐπι-σίν’-ιο-ς* (*επισινεσ-*), *σπιδ’-ιο-ς* Aesch. (*σπιδεσ-*), *περι-στήθ’-ιο-ς* (*στηθεσ-*), *ἐντείχ’-ιο-ς* (*τειχεσ-*), *ἐπι-*, *τεμέν’-ιο-ς* Soph. (*τεμενεσ-*), *τέρμ’-ιο-ς* (*τερματ-*).

Quo accedunt nomina aliquot quae vocamus propria:

*Ἐπι-φάν’-ιο-ς* (*επιφανεσ-*), *Εὐ-γέν-ιο-ς* (*εὐγενεσ-*), *Εὐ-σέβ’-ιο-ς* (*εὐσεβεσ-*) κτλ.

Hujusmodi formationes a nullo viro docto video commemoratas Lobeckio excepto, qui paralipp p. 246 de istis adjективis nonnulla disputat. Obstant autem ei quam supra (§ 8) attuli legi eoque mirum non est, quod apud Homerum nullum ejusmodi adjективum

<sup>1)</sup> De quo Pottius Et. F. II 2. p. 375 seqn. et Curtius p. 150.

invenitur, apud tragicos poëtas nonnulla, pleraque apud posteros auctores eaque saepius cum praepositionibus conjuncta, quare ista composita propter vocabuli amplitudinem syllabae finalis jacturam fecisse opinor, reliqua vero falsam esse analogiam secuta. At non carent similitudinibus: conferas enim nomina in *-ιδιο-*ς et *-ικο-*ς et *-ιτης*, quae fere omnia inferioris sunt Graecitatis propria, ut ἐντειχ'-*ι-διο-*ς (*τειχεσ-*), στηθ'-*ι-διο-*ν (*στηθεσ-*), ἀνθ'-*ι-κό-*ς (*ἀνθεσ-*; similia vid. apud Budenzium Suff. *κος* p. 24 squ.) ἐπι-*σφελ-**ι-της* (*σφελας-*), *σακο-δερμ'-ι-της* (*δερματ-*, de quo vid. Buehlerum Suff. *της* p. 9 sequ.), permulta alia.

b) ad themata in vocales terminata.

1. ad stirpes in a seu η.

α. Vocalis finalis ante *ιο* suffixum eliditur.

§ 10.

αἱθρ-*ιο-*ς, δνς-*, ὑπ-, αἱσ-*ιο-*ς H., ἀν-, ἐν-, ἐξ- H., κατ-, παρ- H., ὑπερ-άνηρ-*ιο-*ς, ἄκτ-*ιο-*ς, ἐπ-, μεσ-, παρ-, αἱλ-*ιο-*ς, ἀφροδίσιο-ς (*Ἀφροδίτη*), ἐμβάφ-*ιο-*ς, βόρε-*ιο-*ς (*Βορεα-*), ὑπερ-, βούλ-*ιο-*ς, γαλήν-*ιο-*ς, γενέθλ-*ιο-*ς, ἐγ-γών-*ιο-*ς (\*γωνη-), ἔξα-, εὐ-, ἵσο-, δροπιέ-, δεσπόσιο-ς (*δεσποτα-*), δίψ-*ιο-*ς, πολν- H. (sed cf. § 6 annotat.), ἐόρτ-*ιο-*ς, ἐσχάρ-*ιο-*ς, ἐπ-, ἡμέρ-*ιο-*ς, δνς-*, ἐφ- H., καθ-, παν- H., θαλάσσ-*ιο-*ς H., παρα-, περι-κνήμ-*ιο-*ς, ἐγ-κάμ-*ιο-*ς, λόχμ-*ιο-*ς Anth., ἀμφι-μῆτρ-*ιο-*ς Hipp., σκοτο-μήν-*ιο-*ς H., μαινόλ-*ιο-*ς, ἐπιναντιο-ς (*ναυτα-*), περι- (*περι-ναύτ-ιο-*ς Diod. Sic.), ἐπι-νίκ-*ιο-*ς, νόμ-*ιο-*ς, ννυμφ-*ιο-*ς H., νύμφ-*ιο-*ς, φιλο-, ὅμπν-*ιο-*ς, ταλα-πείρ-*ιο-*ς (de quo Curtius p. 256, Leo Meyer II p. 456), μεσο-πλεύρ-*ιο-*ς, μετα-ποίν-*ιο-*ς, πνῷδιχ-*ιο-*ς, ἀκρο-τελεύτ-*ιο-*ς, τίμ-*ιο-*ς H., ἐπι-τίτθ-*ιο-*ς, τόμ-*ιο-*ς, ἐπι-τραπέζ-*ιο-*ς, δια-τρύγ-*ιο-*ς H. (ad τρύγη recte refert Meyer loco supra laudato), ἐπι-φάτν-*ιο-*ς Hes., φθόρ-*ιο-*ς, φράτερ-*ιο-*ς, ἐμ-φύλ-*ιο-*ς, ἐπι-, χαραδρ-*ιο-*ς, χνό-*ιο-*ς, ἐγ-χώρ-*ιο-*ς, ἐπι-, ὠλέν-*ιο-*ς, ἐπ-, ὑπ-, ὥρ-*ιο-*ς H., ἀ-, παν-α- H., μινν- Nonn.**

Quam analogiam sequuntur haec ab adverbiosis in α derivata:

κρύψ-*ιο-*ς (*κρύψα*), λάθρ-*ιο-*ς (*λάθρα*). *-ιο* suffixum si ad stirpes in vocales terminatas adjungitur, ea lege fieri solet, ut extrema stirpis littera vocalis elidatur, quod quidem in omnes

linguas quadrat Indogermanicas, solis thematibus in à exceptis, quorum littera finalis apud Graecos quidem gravior est quam quae possit suffixi insequentis vi extingui; quare plerumque α littera cum ιο suffixo in -αιος coalescit, de quo postea videbimus. At nonnunquam etiam η seu γ ante ιο exploditur, ut supra exemplis probavimus, id quod cum linguae Latinae ratione optime convenit: conferas nox-iu-s (noxa), crassi- ven-iu-s (vena), sublic-iu-s (sublica) aliaque, quae vid. apud Meyerum II p. 455. Eodem pertinent ἀρχ-ι-κό-ς (ἀρχή), νυμφ-ι-κό-ς (νύμφη), ἀπτ-ί-της (ἀπτή) alia permulta, quae inveniuntur apud Budenzium et Buehlerum II. II.

β. α seu γ finalis cum ιο suffixo in -αιος coalescit.

### § 11.

ἀγελα-ιο-ς H., ἀγορα-ιο-ς, ἀγνια-ιο-ς, ἀελλα-ιο-ς, ἀκμα-ιο-ς, ἀκρα-ιο-ς, ἀκτα-ιο-ς, ἀλκα-ιο-ς, ἀλμα-ιο-ς, ἀλωα-ιο-ς, ἀμαξα-ιο-ς, ἀμοιβα-ιο-ς, ἀναγκα-ιο-ς H., ἀρα-ιο-ς, ἀραχνα-ιο-ς, ἀρονρα-ιο-ς, ἀρχα-ιο-ς, ἀστραπα-ιο-ς, βία-ιο-ς H., βολα-ιο-ς, προ-, σιμ-, βοδάρα-ιο-ς, βονλα-ιο-ς, ἀπό-γα-ιο-ς<sup>1)</sup>, ἔγ-, ἐννοσί- H., ἐπί-, εῦ-, ἵσο-, κατά-, μελάγ-, μεσό-, ὑπό-, γαληρα-ιο-ς, γεννα-ιο-ς H., γίνα-ιο-ς H., γωνια-ιο-ς, ἀκρο-, δεκατα-ιο-ς (α δεκάτη sc. ἡμέρα)<sup>2)</sup>, τρις-και-κτέ., δεντερα-ιο-ς, δίκα-ιο-ς H., δοθο-, φιλο-, δοχα-ιο-ς, δομα-ιο-ς, δραχμα-ιο-ς, ἐβδομα-ιο-ς, ἐδρα-ιο-ς, εἰρηνα-ιο-ς, ἐκα-ιομβα-ιο-ς, ἐνατα-ιο-ς, ἐօρτα-ιο-ς, ἐπι- πόλα-ιο-ς, ἐρμα-ιο-ς ('Ερμῆς), εἰνα-ιο-ς, ἐν- H., ὄμ-, θαλαμα-ιο-ς, θηκα-ιο-ς, θυρα-ιο-ς, κεισα-λα-ιο-ς, κλοπα-ιο-ς, κοιτα-ιο-ς, κορνφα-ιο-ς, κοτυλα-ιο-ς, τετρα-κτέ., κραδια-ιο-ς Synes. (pro \* καρδια-ιο-ς), κρηνα-ιο-ς H., ληθα-ιο-ς, λιμνα-ιο-ς, λοχμα-ιο-ς, λυγα-ιο-ς, μελισσα-ιο-ς Nicand., τετρα-μνα-ιο-ς, τρι-κτέ., μοιρα-ιο-ς, ταπα-ιο-ς, τησσα-ιο-ς, τικα-ιο-ς Nonn., τομαδια-ιο-ς, τομα-ιο-ς, τυμφα-ιο-ς, διμφα-ιο-ς, παν- H., δργνια-ιο-ς, δργνα-ιο-ς, διν--, οὐρα-ιο-ς H., ἐπ-, παλαιστα-ιο-ς,

<sup>1)</sup> Fortasse huc spectat γά-ιο-ς Dor. Aesch. Suppl. 806 ed. Well. Epich. ex Ahrensii (Dor. p. 130) conjectura et γῆ-ιο-ς Ion. Anth., quae ad γα-, γῆ referto, Brugmannus p. 145 ad γαF, γαῦ-s. Ceterum cf. Curtium p. 167 et Lobeckium element. I p. 449. Insolentius sunt formata ἀπό-γειο-ς et similia, de quibus videas § 31.

<sup>2)</sup> Quod idem in ceteris quae a numeralibus descendunt evenit.

*τρι-*, *πεμπτα-ῖο-ς* H., *πεντηκοστα* *ῖο-ς*, *πετρα-ῖο-ς* H., *πηγα-ῖο-ς*, *ποινα-ῖο-ς*, *πομπα-ῖο-ς*, *πορρηρα-ῖο-ς* (quod reprobatur Lobeckius ad Phryn. p. 147), *ποστα-ῖο-ς*, *προτερα-ῖο-ς*, *προνυμα-ῖο-ς*, *πυγμα-ῖο-ς*, *πύλα-ῖο-ς*, *προ-*, *σεγγνα-ῖο-ς*, *σειρα-ῖο-ς*, *ὑπο-*, *σεληνα-ῖο-ς*, *σμυρνα-ῖο-ς*, *σπουδα-ῖο-ς*, *στυγμα-ῖο-ς*, *στροφα-ῖο-ς*, *σχολα-ῖο-ς*, *τελευτα-ῖο-ς*, *τεφρα-ῖο-ς*, *τομα-ῖο-ς*, *τονα-ῖο-ς*, *τριακοστα-ῖο-ς*, *τριτα-ῖο-ς*, *τροπα-ῖο-ς*, *ἀπο-*, *ἐπι-*, *προ-*, *τύχα-ιο-ς*, *ὑλα-ῖο-ς*, *ὑστερα-ῖο-ς*, *χαραδρα-ῖο-ς*, *χοα-ῖο-ς*, *χυτρα-ῖο-ς* (reprobatur Lob. loco supra laudato), *ῳδα-ῖο-ς*.

Quorum analogiam haec ab adverbiiis in *α* derivata sequuntur:

*ἀκασπα-ῖο-ς* (*ἄκασπα*), *ἀντα-ῖο-ς* (*ἄντα*), *ἀτρεμα-ῖο-ς* (*ἀτρέμα*), *εἰνα-ῖο-ς* (*εἰνῆ*), *ἐξαπινα-ῖο-ς* (*ἐξαπίνα*), *ἡκα-ῖο-ς* Hes. (*ἥκα*), *ἥρεμα-ῖο-ς* (*ἥρεμα*), *κρηγα-ῖο-ς* (*κρήγα*), *λαθρα-ῖο-ς* (*λάθρα*), *ἀντι-περα-ῖο-ς* H. (*πέρα*); quo fortasse pertinet *κρατα-ιό-ς* H. (*κράτα*).

Unde *α* litteram finalem multo saepius retineri quam explodi appetet, quod quidem mirandum non est, quoniam *α* vocali plurima inest vis.

De adjectivis in *-αιο-ς* qua solet diligentia disputat Lobeckius parall. p. 319 squ. et in parergis ad Phryn. p. 541 sequ. Ahrensius autem Aeol. p. 187 nos docet Boeotos ex dialecti consuetudine *ηο-*s terminationem pro *-αιος* usurpare, ut ex *Θειβῆο-ς*, *Ισμενιῆο-ς*, *Καλλιῆο-ς*, *Ταναγρῆο-ς*, *Ἐελατιῆο-ς* κτέ. pro *Θειβαιο-ς* κτιλ. elucet, id quod ex vocalium commutatione, quae gentis illius vel maxime erat propria, videtur repetendum, qua de re Ahrensius l. l.

Nec vero *αιο-ς* terminatio solum ex *α* finali et *ιο* suffixo est orta, sed parasifica quadam ratione propagata etiam ad stirpes in *ο* aliasque se applicuit cum aliisque et suffixis et elementis se conjunxit. Quare placet hoc loco de istis quas attigi formis disputari. Ac primum quidem de *αιο-ς* terminacione ad themata in *ο* affixa erit quaestio; deinde quibus aliis stirpibus *αιο-ς* adiungatur, videbimus; tertio denique loco de *ιαιο-ς* et *ιμαιο-ς* disputabitur suffixis, quippe quae cum *αιο-ς* artissime cohaereant.

*αα. -αιο-ς ad themata in o affigitur.*

§ 12.

*ἀμολγ-αιο-ς, ἀσνλ-αιο-ς, βουκ-αιο-ς Nicand., γαλλαιο-ς Rhian., δείλ-αιο-ς, τρις-, δεπαστρ-αιο-ς, δρομ-αιο-ς, ἐρεμν-αιο-ς, ἐρημ-αιο-ς, ἐρυθρ-αιο-ς, εἰντ-αιο-ς, ἡσυχ-αιο-ς, θουρ-αιο-ς, ισ-αιο-ς, ζεραμ-αιο-ς (de quo vid. Lobeckium ad Phryn. p. 147), οἱπ-αιο-ς, πιζό-αιο-ς, κολονρ-αιο-ς, λακκ-αιο-ς, λην-αιο-ς, λιν-αιο-ς (reprobatur Lobeckius loco jam laudato), λοχ-αιο-ς, λυχν-αιο-ς, μεδιμν-αιο-ς, νησ-αιο-ς, νομ-αιο-ς, νωι-αιο-ς, ὄδ-αιο-ς H., ὄρι-αιο-ς, παππ-αιο-ς, πεδι-αιο-ς, πελλ-αιο-ς Hes., πελιδν-αιο-ς Hes., σησαμ-αιο-ς, σκοτ-αιο-ς, συμποσι-αιο-ς, συρμ-αιο-ς, τροχ-αιο-ς, χερσ-αι-ος, χορτ-αιο-ς.*

Quibus exemplis probatur *αιο-ς* terminationem, quae ex *α* thematum finali et ex *ιο* suffixo erat orta, non antiquis quidem temporibus — nam apud Homerum ὄδ-αιο-ς solum inveni —, sed quasi senescente jam lingua fines suos esse egressam et in suffixorum numerum receptam ad stirpes in *ο* — id quod haud difficile est explicatu — saepius translatam. Constat enim inter omnes, qui in linguarum natura ac ratione intuenda sunt versati, linguas ad unam omnes ad paupertatem et caliginem a pristina abundantia et perspicuitate esse delapsas. Quo factum est, ut suffixorum quoque vis magis magisque sit obscurata et attenuata. Quid igitur mirum, quod homines, quum non jam vetera quibus nomina formata aut derivata essent suffixa perspicerent, a pristinis adjectivis nova adjectiva ducere conarentur eaque potissimum eligerent suffixa, quibus vel maxima inesset vis ac robur. Ita factum est, ut, Graecam in primis linguam si spectamus, extremis linguae temporibus amplissima inveniamus suffixa, quod quidem linguarum legibus non obstat, immo convenit, quia inde, quantum suffixorum vis temporis atque usus opera sit imminuta, appareat. Et haec Graecae linguae condicio tam saepe nobis in hac commentatione occurret, ut vix operae pretium sit, exempla proferre. Sufficit adjectivorum quae senescente jam lingua laetissime florebant silvam commemorasse: adjectiva dico in *-ιδιο-ς*, *-τηριο-ς*, *-αλεο-ς*, *-ικο-ς*, *-τικο-ς*, *-φο-ς*, *-ιτη-ς κτέ.*, quo pertinent ex lingua Latina nomina in *-âeus*, *-âius*, *-îcius*, *-tîcius* squ., quae omnia recentioris sunt

fabricae, ut deminutiva ista innumerabilia, quae Homeri quidem temporibus omnino non exstiterunt, postea vero — περιτελλομένων ἐνιαυτῶν — quam maxime sunt volgata, omittam. Sed haec hactenus; jam ad αἰος revertamur. Et tractaverunt nonnulla, quae hoc pertinent, Lobeckius paralipp. p. 319 squ. nec non Buehler suff. τῆς p. 38, qui et ipse hanc formationem explicare studuit idque, ut opinor, minus recte.

Addenda videntur pauca, quare ad αἰος potissimum in adjectivis formandis confugerit lingua. Hoc inde repeto, quod αἰος terminatio ex α finali et ιο suffixo orta usitatissima erat; initium vero ab iis vocibus videtur captum, quae quamquam in ο exeunt, feminino generi sunt addictae, quare jam apud Homerum legitur ὄδ-αῖο-ς.

Jam vero transeamus ad

### ββ. αἰος ad alia themata affixum.

#### § 13.

ἀπηγ-αῖο-ς (ἀπηγνεσ-), διεσι-αῖο-ς (διεσι-), ἐκτρωματ-αῖο-ς, ἵκμ-αῖο-ς (ab ἵκμαδ-, cf. Curtium p. 131), λεχ-αῖο-ς (λεχεσ-), πηχν-αῖο-ς, δι-, τρι- κτλ., πελαγ-αῖο-ς Paus. (πελαγεσ-), ὑμέν-αιο-ς H., ἀν-, φρενιτι-αῖο-ς Hipp.

Quo accedunt nonnulla, quae ab adverbiiis descendunt:

δηγ-αιό-ς H. (δήγν), μάτ-αιο-ς (μάτηγν), παν-, δαγδ-αῖο-ς (δάγηγν), σταδ-αῖο-ς (στάδηγν, de quo Lob. ad Phryn. p. 552), χνδ-αῖο-ς (χνύδηγν).

Hanc in classem idem cadit, quod supra (§ 12) exposui; de εσ syllaba ante suffixum elisa conferas § 9.

### γγ. -ι-αῖο-ς ad quamvis stirpem adjungitur.

#### § 14.

ἀκαρ-ι-αῖο-ς (ἀκαρεσ-), ἀμαξ-ι-αῖο-ς (ἀμαξα-), ἀμαρ-ι-αῖο-ς Theoph. (ἀμαρα-), ἀμυχ-ι-αῖο-ς (ἀμυχα-), ἀνεμ-ι-αῖο-ς (ἀνεμο-), βροντ-ι-αῖο-ς (βροντα-), βωμ-ι-αῖο-ς (βωμο-), προ-γαμ-ι-αῖο-ς (γαμο-), δακτυλ-ι-αῖο-ς (δακτυλο-), δορατ-ι-αῖο-ς, δραχμ-ι-αῖο-ς (δραχμα-), τετρα- κτλ., ἐνιαυσι-αῖο-ς (ἐνιαυτο-), ἐρεβινθ-ι-αῖο-ς (ἐρεβινθο-), ἡπατ-ι-αῖο-ς, ἥτρ-ι-αῖο-ς (ἥτρο-), ζων-ι-αῖο-ς (ζωνα-),

καμιν-ι-αῖο-ς (*καμινο-*) κεγχρ-ι-αῖο-ς (*κεγχρο-*) κεραμ-ι-αῖο-ς (*κεραμο-*, reprobat Lob. ad Phryn. p. 147), κιναιδ-ι-αῖο-ς (*κιναιδο-*) κιληρονομ-ι-αῖο-ς (*κιληρονομο-*), κιλοπ-ι-αῖο-ς (*κιλοπο-*), κινημ-ι-αῖο-ς (*κινημα-*), κιλοσσ-ι-αῖο-ς (*κιλοσσο-*), κιτυλ-ι-αῖο-ς (*κιτυλα-*), κιρταφ-ι-αῖο-ς (*κιρταφο-*), κιναμ-ι-αῖο-ς (*κιναμο-*) λιχν-ι-αῖο-ς (*λιχνο-*), ὑπομαστ-ι-αῖο-ς (*μαστο-*, quod addubitat Lob. ad Phryn. p. 557 scribitque pro ὑπομασθ-ι-αῖο-ς: ὑπομασθ-ι-διο-ς, de quo Duentzer in K. Z. XIII p. 5), μετωπ-ι-αῖο-ς (*μετωπο-*), μην-ι-αῖο-ς, δι-, διτα-, κτέ., μηρ-ι-αῖο-ς (*μηρο-*), μνα-ι-αῖο-ς (*μνᾶ*, de quo Lob. l. l. p. 554), ἔξα-, δεκα- κτέ., μοιρ-ι-αῖο-ς (*μοιρα-*), τεταρτη-μορ-ι-αῖο-ς (*μορο-*), ναματ-ι-αῖο-ς, νεφρ-ι-αῖο-ς (*νεφρο-*), νωτ-ι-αῖο-ς (*νωτο-*), κατα- (de quo Duentzer loco supra laudato), δβολ-ι-αῖο-ς (*δβολο-*), ἡμι-ωβολ-ι-αῖο-ς, δροβ-ι-αῖο-ς (*δροβο-*), παλαιστ-ι-αῖο-ς seu παλαστ-ι-αῖο-ς (*παλαιστη-*), πλεθρ-ι-αῖο-ς (*πλεθρο-*), πηχν-ι-αῖο-ς (*πηχν-*, de quo Lob. l. l. p. 543), ποδ-ι-αῖο-ς, δι-, τρι-, ἡμι- κτή., πιγον- seu πιγων-ι-αῖο-ς, σελην-ι-αῖο-ς (*σεληνα-*), σκοτ-ι-αῖο-ς (*σκοτο-*), σπιθαμ-ι-αῖο-ς (*σπιθαμα-*), δι- κτέ., στεφαν-ι-αῖο-ς (*στεφανο-*), στηθ-ι-αῖο-ς (*στηθεσ-*), στιγμ-ι-αῖο-ς (*στιγμα-*), δι-, συνθηματ-ι-αῖο-ς, ταλαντ-ι-αῖο-ς (*ταλαντο-*), τρι-, τελματ-ι-αῖο-ς, διχο-τομ-ι-αῖο-ς (*τομα-*), τον-ι-αῖο-ς (*τονα-*), ἡμι-, τραχηλ-ι-αῖο-ς (*τραχηλο-*), φρεατ-ι-αῖο-ς, χρυσ-ι-αῖο-ς (*χρυσο-*), ὠμ-ι-αῖο-ς (*ὠμο-*), ἐπ- (de quo Duentzer l. l.), ὠρ-ι-αῖο-ς (*ὠρα-*).

Quo accedit

*κρυψ-ι-αῖο-ς* (*κρύψα*).

Est igitur *ι-αῖο-ς* terminatio valde usitata, non autem antiquorum temporum, sed mediae potius et infimae Graecitatis propria. Disputaverunt de *ιαυο-*s in primis Lobeckius ea qua solet subtilitate in elementis pathologiae I p. 457 squ. idemque ad Phryn. p. 541 squ. p. 555, Pottius Et. Forsch. II 1. p. 499, Regnierus traité p. 166, Buehler *τῆς* p. 39, Duentzer K. Z. XIII p. 5.

De formatione quidem hoc dicendum est *ι-αῖο-ς* terminacionem plerumque ad stirpes in *o* adjungi, deinde ad *α*, tertio loco ad consonas et *ι. υ* vocales. Et Lobeckius quidem II. II. censuit hanc terminacionem primum a mensura, pretio, corporis partibus significandis incepisse, deinde vero *ι* litteram, quippe quae promptissima fuisset in omni derivandi ratione adjutrix, pleonasmo quo-

dam latius esse propagatam; in compositis autem Graecos — scilicet ut operosiorem vitarent flexuram — ad primitiva esse regressos, quare adjectiva in *ιαιο-*ς non recepissent praepositiones. Quam opinionem impugnavit Duentzer l. l. idque suo jure, quia *κατα-νωτ-ι-αιο-*ς aliaque certissime sunt tradita. Quo accedit, quod difficilior mihi videtur de nominibus, quae media et infima florebant Graecitate, regulam aliquam pro certissima statuere, quoniam illis temporibus Graeci non jam liguae suae leges et rationem satis perceptas habebant; quo etiam illud spectare videtur, quod poëtae nonnulli, ut Nicander, Oppianus, alii *ι* vocalem, eorum quae tractamus adjectivorum maxime propriam, omittunt eoque *δραχμ-αιο-*ς, *νωτ-αιο-*ς pro *δραχμ-ι-αιο-*ς, *νωτ-ι-αιο-*ς κτέ. usurpant.

Jam vero in *ιαιο-*ς terminationis originem videtur inquirendum. Duas de *ιαιο-*ς opiniones proposuit Pottius: primum *ιαιο-*ς *ιο* suffixo duplice ad themata adjuncto ortum esse suspicatur, dein vero — cum Buehlero — *ιαιος* ex *ια* feminini generis suffixo et *ιο* repetit consociatis; et inveniuntur re vera substantiva nonnulla in *ια*, a quibus adjectiva in *ιαιο-*ς videntur ducta. Sic a *κληρονομίᾳ*, *κιναιδίᾳ*, *διχοτομίᾳ*: *κληρονομια-ιο-*ς *κιναιδια-ιο-*ς, *διχοτομια-ιο-*ς. At non valet haec opinio ad universam istam in *ιαιο-*ς formationem explicandam. Evidem *ι-αιο-*ς describendum ratus *αιο-*ς ex falsa illa analogia, de qua supra (§ 12) exposui, repeto: est *αιος* terminatio ista usitatissima, quae a thematibus in *α* ad quamvis stirpem adrepigit — hederae ceterisque herbis parasitis simillima. *ι* vero litteram ad themata refero eandemque esse opinor, quam in *ι-διο-*ς, *ι-δεο-*ς, *ι-δεν-*ς, *ι-δη-*ς, *ι-ζο-*ς, *ι-μο-*ς, *ι-τη-*ς suffixis nec non in *ι-ζω* verbali aliqua terminatione usitatissima. Quodsi ante has quas attuli terminaciones ultima cujusvis thematis littera vocalis — *v* sola excepta — nec non interdum *ες* et *ας* suffixa eliduntur, hanc Graecae linguae legem statuere ausim: solet in lingua Graeca ante quodvis suffixum ultima thematis vocalis in *ι* extenuari litteram, quippe quae ut infirmissima ad stirpem cum suffixo connectendam aptissima sit visa; eamque analogiam themata in consonas secuta sunt.

δδ. -ιμ-αιο-ς.

§ 15.

*αγχον-ιμ-αῖο-ς* (*ἀγχονα-*), *ἀρπαγ-ιμ-αῖο-ς* (*ἀρπάγ-ι-μο-ς*), *ἀποβολ-ιμ-αῖο-ς*, *ἐκ-* (*ἐκ-βύλ-ι-μο-ς*), *ἐμ-*, *ἰπο-*, *ἐνεχυρ-ιμ-αῖο-ς* (*ἐνεχυρο-*), *ἔξορισμαῖο-ς* Hes. (*exul*), *ἐνχωλ-ιμ-αῖο-ς* (*ἐνχωλα-*), *θνησ-vel θνῆξ-ιμ-αῖο-ς*, *πλεψ-ιμ-αῖο-ς*, *κλοπ-ιμ-αῖο-ς* (*κλοπα-*), *νεκρ-ιμ-αῖο-ς* (*νεκρο-*), *δρολ-ιμ-αῖο-ς* (*δρολο-*), *δύνχ-ιμ-αῖο-ς*, *προικ-ιμ-αῖο-ς*, *πιγον-ιμ-αῖο-ς*, *ἀπο-στολ-ιμ-αῖο-ς* (*στολα-*), *ἐπι-* Demosth., *συλλογ-ιμ-αῖο-ς* (*συλλογα-*), *τραχηλ-ιμ-αῖο-ς* (*τραχηλο-*), *τροφ-ιμ-αῖο-ς* (*τρόφ-ι-μο-ς*), *φθορ-ιμ-αῖο-ς* (*φθόρ-ι-μο-ς*).

Quo pertinent:

*κρονφ-ιμ-αῖο-ς* (*κρόνφα*), et *λαθρ-ιμ-αῖο-ς* (*λάθρα*).

De his vid. Lobeckium ad Phryn. p. 550. 558, Regnierum traité p. 167, quorum uterque *ιμ-αῖο-ς* ex *ι-μο-ς* repetit. Namque adjec-tivum in *ιμαῖο-ς* nullum invenitur, cuius non primitivum in *ιμος* aut exstet aut exstare possit. Recte Lobeckius. Addendum, quod *ιμ-αῖο-ς* terminatio eodem modo ex *ιμο-ς*, quo *αιο-ς* ex *ο* thematum finali est orta; deinde quod adjectiva in *ιμαῖος* recentioris sunt Graecitatis, apud veteres raro.

Sed haec de *αιο-ς* hactenus.

2. ad themata in *ο*.

α. Vocalis finalis ante *ιο* suffixum eliditur.

§ 16.

*ἄγν-ιο-ς*, *ἄγρ-ιο-ς* H., *ἐπ-*, *ἄθλ-ιο-ς*, *δνς-*, *τρις-*, *αιζή-ιο-ς* H., *αίμιλ-ιο-ς* H., *ἀκηράσιο-ς* H. (*ἀκηρατο-*), *ἀλλότρ-ιο-ς* H. (\**ἀλλοτερο-*), unde *ἀλλότερός* Aeol. (Ahrensius p. 56), *ἀμβρόσιο-ς* (*ἀμβροτο-*), *ὑπ-ηνέμ-ιο-ς* (*ἀνεμο-*), *ἄρθρμ-ιο-ς* H., *ἀν-*, *ἀρίθμ-ιο-ς*, *ἐν-* H., *προς-* *άρκτ-ιο-ς*, *ἵπ-*, *ἀχύρμ-ιο-ς*, *βάκχ-ιο-ς*, *ἐπι-βόθρο-ιο-ς*, *βράγχ-ιο-ς*, *βρόμ-ιο-ς*, *βύθ-ιο-ς*, *ἐμ-*, *βώμ-ιο-ς*, *ἀπο-*, *όμο-*, *παρα-*, *προ-*, *ἐγγάμ-ιο-ς*, *γελοί-ιο-ς* H.<sup>1)</sup>, *γομφ-ιο-ς*, *γόν-ιο-ς*, *δακτύλ-ιο-ς*, *χρυσο-*, *ἀπο-* *δέσμ-ιο-ς*, *δέσμ-ιο-ς*, *ἄ-*, *δεντέρο-ιο-ς*, *δήμ-ιο-ς* H., *ἐρ-*, *ἐπι-*

<sup>1)</sup> De hac voce ceterisque in *-οιος* infra (§ 18) fusius disputabitur.

H., μετα- H., παν- H., δίφρο-ιο-ς, ἐν-, ἐπι- H., δόλ-ιο-ς H., ἐπιδόρπ-ιο-ς, μετα- H., προσ-, που- H., δούλ-ιο-ς H., δόχμ-ιο-ς H., ἐλάφρ-ιο-ς, ἐλευθέρο-ιο-ς, φιλ-, ἐμπίρο-ιο-ς, ἐνεκύρο-ιο-ς, ἐνιάνσιο-ς H. (ἐνιαυτο-), κατ-, ἐσπέρο-ιο-ς H., ἐσχάτ-ιο-ς, ἐταίρο-ιο-ς, ἐτεροῦντο-ς Dion. H., ζεφύρο-ιο-ς, ζόφ-ιο-ς, ζύγ-ιο-ς, βου-, συ-, ὑπο-, ὑσύχ-ιο-ς H., θαλάμ-ιο-ς, ἐπι-, ἐπι-θανάτ-ιο-ς, θε-ιο-ς H. (θεο-), θεμέλ-ιο-ς, θέσμ-ιο-ς, ἀ-, προ-, θούρ-ιο-ς H., ἀπο- θύμ-ιο-ς H., ἐν- H., κατα- H., ἵππηλασιο-ς (ἵππηλατο-), ἵππ-ιο-ς, ἐφ-, ἵσθμ-ιο-ς, καθάρο-ιο-ς, καίρο-ιο-ς H., ἀ-, ἀπο-, ἐπι-, παρα-, κάπρο-ιο-ς H., ἐπι-κάλπο-ιο-ς, κέδρο-ιο-ς, κεράμι-ιο-ς, κεραύν-ιο-ς, κεριόμ-ιο-ς H., κλάρο-ιο-ς, κλόπ-ιο-ς, δυν-κοῖλ-ιο-ς, ἐγ-, εὐ-, ὑπο-κόλπ-ιο-ς, κόπρο-ιο-ς, κόσμο-ιο-ς, ἀ-, προ-, κίνηλ-ιο-ς, ἐγ-, ἐγ-κώμ-ιο-ς, λάλ-ιο-ς, λαχάν-ιο-ς, ληκύθ-ιο-ς, λόγ-ιο-ς, λοίγ-ιο-ς H., λοίσθ-ιο-ς H., λόχ-ιο-ς, μετα-μάζ-ιο-ς H., ὑπο-, μειλίχ-ιο-ς, μεσσάτ-ιο-ς Call., μέτρο-ιο-ς, unde μέτερδο-ς Aeol. (cf. Ahr. l. supra l.), ἐπι-μάστ-ιο-ς, μίσθ-ιο-ς, ἐμ-., ἐπι-, μοίχ-ιο-ς, μόσχ-ιο-ς, μον-ιύ-ς, μούν-ιο-ς Jon., μόρ-ιο-ς, μύχ-ιο-ς, προ-νά-ϊο-ς (ναο-), προ-νή-ϊο-ς Herod., νειάτ-ιο-ς Man. (νεατο-), νεῖο-ς H. et νειό-ς H. (ex νεF-ιο de νεFo, νεός recte ducit Brugmanus l. l. p. 139 confertque optime navas, navja-s Sanser., nauja-s Lituan., niu-ji-s Got.), νερτέρο-ιο-ς, νηδύμ-ιο-ς, χερδό-νήσ-ιο-ς, νότ-ιο-ς H., ἐν-, ὑπερ-, νυκτέρο-ιο-ς, ξέν-ιο-ς<sup>1)</sup> Att., ξείν-ιο-ς H. Ion., ξήν-ιο-ς Dor., ξένν-ιο-ς Lesb. Aeol., ὄδ-ιο-ς, ἐν-, ἐν- H., ἐπ-, εἰς-, ἐπ-εξ-, ἐφ-, παρ-, οἴκ-ιο-ς, παν-, οἴκονό-ιο-ς, δικόρο-ιο-ς Pind., ὄλβ-ιο-ς H., ἀν-, παν-, πολν-, τρισ-, ὀμαίμ-ιο-ς, ἐπο-οίν-ιο-ς, παρ-, δλέθρο-ιο-ς H., ἡμι- ὄλ-ιο-ς, δλο-ιό-ς, (όλοο-), δλοί-ϊο-ς Greg. Naz., ὄμβρο-ιο-ς, δμοί-ϊο-ς H., δμφάλ-ιο-ς, ἐπ- H., ἐν-όπλ-ιο-ς, ὄρθ-ιο-ς, H., φιλ-, ὄρθρο-ιο-ς, ἐπ-, ὄρ-ιο-ς, δμ-, δμούρ-ιο-ς Ion., μεθ-όρ-ιο-ς, ὑπερ-, ὄρκ-ιο-ς, ψευδ-, οὔλ-ιο-ς H., οὐράν-ιο-ς, ἐν-, ἐπ- H., ὑπ- H., οὐρ-ιο-ς (ventus secundus), παρθέν-ιο-ς H., πατρωνύμ-ιο-ς (ἀνωνύμ-ιο-ς Fest.), ἔκ-πάτ-ιο-ς, βαθυ-πέδ-ιο-ς, πενθέρο-ιο-ς, ὑπο-πλάκ-ιο-ς H. (sub Placo monte situs), πλάν-ιο-ς, πλόκ-ιο-ς, πλούσιο-ς (πλουτο-), βαθυ-, μεγα-, παμ-, πολέμ-ιο-ς, ἐμ-, προ-, πόντ-ιο-ς, δια-, παρα-, ὑπερ-, πιολιπόρθ-ιο-ς H., ποστη-μόρ-ιο-ς, ποτάμ-ιο-ς, μεσο-, παρα-, πράσ-ιο-ς, ρόδ-ιο-ς, φοινικο-, ρόθ-

<sup>1)</sup> ξέννος Aeol., ξήνος Dor., ξείνος H., ξένος Att. ex ξεν-Fo ortum esse docet Brugmanus p. 97. Errat Ahrensius Aeol. p. 55.

*ιο-ς<sup>1</sup>)* Ή., ἀλι-ρ-, παλι-ρ- Ή., πολυ-ρ-, ἐπι-σίτ-ιο-ς, σκότ-ιο-ς Ή., σπόδ-ιο-ς, στράτ-ιο-ς, στρούθ-ιο-ς, σφονδύλ-ιο-ς Ή., ἐπι-σφύρ-ιο-ς, περι-, ἐπι-ταλάρ-ιο-ς ταρτάρ-ιο-ς, ὑπο- Ή., τάφ-ιο-ς, ἐν-, ἐπι-, ἐκτόπ-ιο-ς, ἐν-, ἐπι-τράγ-ιο-ς, τύμφ-ιο-ς, ἐπι-, περι-, ὑάλ-ιο-ς, ὑέτ-ιο-ς, ὑπάτ-ιο-ς, ἐν-ὑπν-ιο-ς Ή., ὑστάτ-ιο-ς Ή., φίλ-ιο-ς, φοίν-ιο-ς Ή., φόν-ιο-ς, χόλ-ιο-ς, χρόν-ιο-ς, ἀει-, βραχν-, ἐπι-, μακρο-, δλιγο-, πολυ-, ψάμμι-ιο-ς, ὑπ-ωρόφ-ιο-ς Ή., ὕν-ιο-ς<sup>1</sup>).

### § 17.

Quam analogiam videntur secuta nonnulla quae ab adverbiiis descendunt adjectiva:

ὅπισθ-ιο-ς (*ὅπισθε*), ὕψ-ιο-ς (*ὅψε*), πρόσθ-ιο-ς (*πρόσθε*), ἐμ-.

Eodemque pertinent adjectiva quorum primitiva in *o* evanuere: γνλ-ιό-ς (quocum Benfeyus Wurz. Lex. II p. 292 γαῖλο-ς et gôl-a-s Sanscr. recte comparat), ἐν-ιο-ι (quod ad ana, Sanscritum aliquod pronomen, pertinere videtur, de quo Curtius p. 289, Boppius Skr. Gr. p. 177), ἀ-ξήμ-ιο-ς (\*ξημο-), ἐν-ἡρτλ-ιο-ς (\*ἡρτρο-), ὀσάτ-ιο-ς, τοσάτ-ιο-ς, τοσάτ-ιο-ς (ab \*ὅσσατο-, \*τοσσατο- sunt ducta, ut ab ὑστατος: ὑστάτ-ιο-ς, de quo cf. Pottium Et. F. II 2. p. 873), χειμέρ-ιο-ς Ή. (*δνς-χειμερ-ο-ς* Curtius p. 190) aliaque fortasse complura.

Quod *o* illa finalis tam saepe eliditur, lex ea, quam supra (§ 10) attuli, optime probatur, quod quidem non solum in linguam Graecam, verum etiam in omnes quae exstant Indogermanorum linguas quadrat. Sexcenta inveniuntur exempla, sufficiunt pauca: in Sanscrita dhan-ja-s (dives, a dhana-), mukh-ja-s (egregius, a mukha-), agr-ja-s (optimus, ab agra-), dhâum-ja-s (Dhumae filius, a dhûma) nec non in Vedarum dialecto açv-ia-s (ab açva-, equus), mart-ia-s (a marta-, homo), sûr-ia-s (sol, a sura); in lingua Zendica nmân-ya- (a nmâna-, domus), gaith-ya- (a gaitha-, terra), haom-ya- (ab haoma-); in lingua Latina lud-iu-s (ludus), luer-iu-s (lucrum), faecin-iu-s (faecinum), Flav-iu-s (flavus); in Gotorum dialecto ragin-ja-, nom. ragineis (a ragina-, consilium), haird-ja-, nom. hairdeis (a hairda-, grex). reik-ja-, nom. reiki (a reika-, potens);

<sup>1)</sup> Leo Meyer II p. 401 φόθ-ιο-ς in primitivorum habet numero, itemque ὕν-ιο-ς.

in ling. Lituanica sen-ja-, nom. sen-i-s (a sena, sen-ex), jūd-ja-, nom. jūd-i-s (a jūda, niger); in Palaeo-Slovenica orilī (ex oril-jū ab orilū, aquila), večer-ja (a večerū, vesper), permulta alia, quae vid. apud Schleicherum Comp. p. 379 squ. et Boppium III p. 344 sequ.

De Graecae quidem linguae formatione nihil fere monendum, nisi quod Dorienses ex dialecti consuetudine τ explosivam non, ut ceteri Graeci, in σ spirantem mutavere eamque ob causam ἐνιαεύτιο-ς, πλούτιο-ς κτέ. dixerunt, de quo Ahrensius Dor. p. 60. —

Unum restat, de quo licet dubitari, nomina dico in οὐρος, de quibus proximo paragrapho exponendum erit.

### § 18.

Et inveniuntur in οὐρος terminata haec:

αιδούιο-ς (ab Eustathio, nescimus unde, allatum, Lob. elem. I p. 456), γελούιο-ς H., ἔτερούιο-ς Dion. Hal., ὄμοιο-ς H., ὀλούιο-ς Procl.,

e quibus duo tantum digna sunt, in quae inquiratur, γελούιο-ς et ὄμοιο-ς, quae apud Homerum leguntur et illud quidem semel Il. β 215, hoc saepius; ὄμοιο-ς autem apud eundem poëtam repetitur, γελούιο-ς non item; unde unicuique quanta sit in tanta analogiae inopia quaerendi difficultas appareat. Et veterum quidem grammaticorum in eisque Lobeckii (elem. path. I p. 456), qui ad pleonasmum, ut solent, confugerunt, opinionem facile mitto. Habetur interpres Meyerum, Pottium, Curtium. Ac Leo Meyer II. p. 458 ὄμοιο-ς dupliciter ιο suffixo ex ὄμο- (όμο-, ὄμο-ιο-, ὄμοι'-ιο-) derivatum putat, dubitat de γελούιο-ς, quod fortasse in γελώιο-ς mutandum esse suspicatur. Pottius vero Et. F. I. 2 p. 826 ambigit, Meyero assentiatur, an isti sententiae, quam postea Curtius in Stud. II p. 187 squ. accuratius expedivit. Arcessit enim vir doctissimus ija<sup>1)</sup> Sanscritae linguae suffixum eodemque modo quo ij in Sanscrita ex spirante j, ex vetere illo jo suffixo ijo ac deinde uo dicit, j spirantis vi ac natura nisus. Quae interpretatio ingenii quidem acumine non caret, caret tamen omnino analogia ex Graeca ling.

<sup>1)</sup> Eodem pertinet in ling. Palaeo-Slov. ij ex ijü-ija ortum: bož-ij ex \* bog-ijü de bogü aliaque, de quibus Schleicher Comp. p. 384.

repetita, quare ija suffixum in Graec. ling. introductam, quippe quod duobus tantum exemplis, e quibus unum sit ἀπαξ εἰλημένον, nitatur, recusandum puto. Evidem Meyeri sententiam amplexus ὄμοιος ex ὄμοιος, γελοῖος ex γελοῖος repeto.

*β. o* vocalis servatur et cum *io* suffixo in *oiο-*s coalescit.

§ 19.

ἀλλοῖος H. (ἄλλος), δοιοί H. (quod ex διοιο-, Sanser. dva-ja recte ducunt Pottius K. Z. V p. 275 et L. Meyer ib. VII p. 213, aliter Curtius p. 224. 521), ἑτεροῖος, ξοῖος Ion., οῖος H., δ-ξοῖος Ion., ὄμοιος seu ὄμοιος H., ὕμοιος Aeol., (Ahr. p. 28), ἀν-όμοιος, παν-, παρ-, προς-, ὄπποῖος H., δ-ποῖος H., παντοῖος, ποῖος H., ποιός, τοῖος H.

Quo fortasse γέλοιος sive γελοῖος spectat, quod ab Aeolica quadam forma (Ahrensius p. 120) γέλος, γέλον duco; παρ-, ὑπερ-, φιλο-.

Quod raro tantum *o* finalis cum *io* suffixo coalescit, mirandum non est. Jam exemplis, quae et ex Graeca et ex cognatis linguis attulimus, supra (§ 17) probatum est *o* illam vocalem vel potius a antiquam finalem ex firma quadam lege in omnibus quae Indo-germanorum exstant linguis ante ja seu *io* suffixum elidi. At Graeci tamen quo solent ingenii acumine *o* vocalem servarunt interdum, quo luculentius singulas vocabulorum classes significarent: adjectiva dico a pronominum stirpibus derivata, quibus qualitatis aut quantitatis inest significatio, qua de re Pottius Et. F. I 2. p. 826. De formatione nihil dicendum, nisi quod παντοῖος falsam quam vocamus sequitur analogiam.

3. ad themata in *i*. Vocalis finalis ante suffixum eliditur.

§ 20.

ἀκέσ-ιος (ἄκεσις), ἀλαιλάξ-ιος Cornut. (\* ἀλάλαξις), ἄσ-ιος (ἄσις), ἀσπάσ-ιος (\* ἀσπασις)<sup>1)</sup>, γνήσ-ιος (\* γνῆσις), ἐλάσ-ιος (ἐλασις), δημ-ηλάσ-ιος, ἐπι-δαισ-ιος Call. (\* ἐπίδαισις), ἀφ-έσ-ιος (ἄφεσις), εὐρ-έσ-ιος (εὖρεσις), θέσπ-ιος (θέσπις), ικέσ-ιος (\* ικεσις), παθάρσ-ιος (πάθαρσις), ἄ-κ-ιος (κίς), πτήσ-ιος (πτήσις), κόρ-ιος (κόρης), λύσ-ιος (λύσις), δρυώσ-ιος Dion. Hal. (δρυώσις), ἐπ-

<sup>1)</sup> De quo Duentzer K. Z. XIII p. 9.

όψιος (όψις, sed cf. Curtium p. 592), κατ-, παν- H., ὑπ- H., οἴος (οἶς), περι-πόλιος Strab. (πόλις), ρύσιος (ρῦσις), σπάνιος (σπάνις), στήσιος Plut. (στάσις), δι-στάσιος, ἐπι- Plut., ἵσος- κτές, πυμήσιος (τίμησις), νύμνήσιος (νῦμνησις), φύξιος (φύξις).

Quo addenda haec quae ab adverbiiis ducuntur:

ἀντίος H. (ἀντί), ἐν- H., κατ-εν-, ὑπ-εν-, ἄρτιος H. (ἄρτι), ἀν-, ἡρόιος H. (ad \*ἥρωι, ἥρωι, rad. us refert Curtius p. 371<sup>1</sup>), δι-, seu ἀέριος, δι-, ἕριος H. (ἕρι), λέχοιος (λέχωι), πρώιος<sup>2</sup> H. (πρῶι), πρῶτος Aristoph.

